Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8377
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

IIII

effectus baptismi pro actibus. Scilicet ad hoc quod baptismus non est ordinatus sed divina virtus. Hoc in baptismo miraculose operatur. Legitur super illud Rom. 6. ut ultra non serviamus peccato dicit glossa: non hoc prestatur in baptismo nisi forte miraculo ineffabili creatoris quod est in membris prorsus extinguatur. Et tales effectus non equaliter suscipiuntur a baptisatis etiam si cum equali devotione accedant sed dispensatur huiusmodi effectus secundum ordinem divine providentie. Hec Tho.

Utrum fictio impediat effectum baptismi etiam adultus. Respondeo: fictus dicitur dupliciter, vel quo ad susceptionem vel collationem baptismi quia pretendit se suscipere vel conferre baptismum et non vult vere sed simulate tamen ut in correctione intentionem, vel quo ad dispositionem quia pretendit se dispositum esse extra tamen sit indispositus intra. Prima fictio impedit sacramentum licet etiam Aug. 9 con. dictum dan. super finem non determinet utrum tales essent baptisati vel non sed dicat divinum iudicium pro aliqua revelatione super hoc esse oraculum implorandum quod etiam de con. dis. 4. Solet. Videtur tamen etiam dicendum quod non recepit baptismi sacramentum quia tamen est si baptisans non intendebat illam ablutionem facere ut sacramentum sed cum ludi tantum ut dicit ibi glossa. Quod tamen dicit ibi glossa. Sed quod si baptisans intendat baptisare qualemcumque intentionem habeat baptisatus recepit sacramentum non est verum ut ostensum est supra secundum Rich. Secunda impedit effectum sacramenti que est tamen res scilicet vel gratiam et remissionem peccatorum, non tamen impedit caracterem qui est res et sacramentum de con. dis. 4. ostenditur quod actus activorum sunt in paciente disposito. Hec autem indispositio seu contraria dispositio potest esse dupliciter scilicet aut discredendo quo ad racionem aut indevote accedendo scilicet cum proposito peccandi aut malum appetendo quantum ad concupiscibile sacramentum tamen contemnendo scilicet accipiendo irreverenter vel exigitur ei fides et devotio scilicet voluntas abstinendi a peccato et reverentia sacramenti secundum Bon. et Pe. Si ergo queritur quomodo sumitur fictio que impedit effectum baptismi dicendum quod fictio hec quodammodo includit omne peccatum mortale quod contrariatur gracie. Hec Tho.

Utrum recedente fictione baptismus effectum habeat. Respondeo quod sic de con. dis. 4. ostenditur in fine. Duplex est enim effectus